

cum puellis, quæ virgines non sunt, & dotes petunt, seu obtinerunt à Confraternitatibus, aut aliis locis, vel dispensatoribus piis, quibus injunctum est, ut illas Virgines tantum dent, seu distribuunt, in occultis, & in foro conscientie tantum, quatenus illæ in posterum honeste vivant, facultatem habeat dispensandi.

Dubia in materia peccatorum, seu forum penitentiale aliis quomodolibet concernentia cum consilio Doctorum, & Theologorum suorum valeat declarare.

Commissiones Majoris Penitentiarum, etiam si committens, illis nondum presentatis, re integra desinat quomodocumque Penitentiarum existere, non expirent.

Sede Apostolica vacante Major Penitentiarum, ejusque Officiales ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum conscientie pertinent, in reliquis eorum officium conquirent, & à quibuscumque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac abolutionibus, & declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixti, vel separatim quomodolibet respicientibus, omnino abstinere.

Quotiescumque Procuratores, & Scriptores Penitentiarum secretæ aliqua mala valetudine detinentur, vel ex aliqua legitima causa Major Penitentiarum expediens judicaverit, possit alios in eorum locum durante infirmitate, seu causa subrogare, seu substituire, præstito solito juramento, & cum iisdem obligationibus, quibus alii Procuratores, & Scriptores titulari adstringuntur.

Nullus Minor Penitentiarum trium Basilicarum Urbis possit admitti, seu recipi ad Officium, nisi prius à Majori Penitentiarum, ac Penitentiarum Congregatione, seu Signatura fuerit examinatus, & approbatus, & postquam admittus fuerit, nequeat sine ejusdem licentia discedere, seu dimitti, idemque servetur quoad Minores Penitentiarum Lauretanos, quibus, & aliis supradictis Major Penitentiarum possit facultatem ad libitum concedere, & restringere, & quorum examen possit in absentia etiam Episcopo in partibus sibi benévolo, committere.

Omnibus Christi fidelibus, qui ex veteri, & laudabili instituto Penitentiarum Majorem munere suo statutis diebus in hebdomada majori solemniter fungentem pie, ac reverenter adierint, seseque penitentiæ virga tangentes submiserint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxandi perpetuam facultatem eidem Majori Penitentiarum confirmamus & quatenus opus sit, de novo concedimus.

Decernentes præfatas litteras etiam ex eo, quod Major Penitentiarum, ac præfata Penitentiarum Regens, & Officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima, & juridica de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exigere, & à Majori Penitentiarum, Regente, & Officialibus prædictis aliique ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque per quocumque Judices Ordinarios, & Delegates quavis auctoritate fungentes, etiam Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, ubique iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quicquid secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea à quoquam quavis auctoritate, scierit vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, & aliis quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & dictæ Penitentiarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus quibuscumque, ac quibusvis vivæ vocis oraculis, privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis ejusdem Penitentiarum Officio, illiusque Majori Penitentiarum, ac Officialibus, & Ministris, & quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & aliis quomodolibet per Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac etiam Nos concessis, innovatis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis,

specificæ, individua, & expressæ, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importante mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, iidem presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum presentium, illis aliis in suo robore permanentibus, harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum compilationis, concessionum, prohibitionum, decretorum statuti, voluntatis, declarationis, confirmationis, aliorumque præmissorum infringere, seu ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Mariam Majoris Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo Tertio nonas Septembris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

B. Card. Prodaturus.

I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Scripentes.

D. Ciampinus.

Loco X plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indi dione decima quinta, die vero decima nona Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ Duodecimi Anno Secundo, supradicta Constitutio afixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, in Actis Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis per me Petrum Cannamelinum ejusdem Sanctissimi D. Nostri Papæ Curforem.

Ad Ornatum Disc. XIII.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio super suppressione, abolitione, & abrogatione Tribunalium, & Judicium Urbis ex privilegii Constitutionum, & reductione privilegiorum, & Tribunalium ad Jus commune, & ad Judices ordinarios Romanæ Curie.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontifex curæ agri Domini in more diligentis patrisfamilias indefinenter vigilans, ut iuxta verbum propheticum noxia evellat, & destruat, utilia vero plantet, & ædificet, ea etiam quæ alias rationabilibus, tunc suadentibus causis à Sede Apostolica concessa fuerunt, ex aliis validioribus, seu superveniens rationibus, quibus præfatum faciliorem, ordinario, & juridico iustitie cursui in Romana Curia cæterarum magistræ uberius consulitur, ad viam juris reducere, moderari, immutare, & revocare non desinit, & in his sollicitudines que studium interponit, quando, & prout in Domino conficit malubriter expedire.

Hinc est quod Nos sedula meditatione penantes, privilegia privativæ, seu cumularum jurisdictionum, etiam cum facultate propriis, seu benévolo Notarios habendi, cum deputandis, quampluribus præfata Curie particulariter institutis Iudicibus, seu Tribunalibus à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri aliorum sæculorum (partio concessa, ita paulatim quidem, sed in imminente exercitio,

visto; ut Judicium, & Tribunalium ordinariorum jurisdictionis magnopere decreverit, super hujusmodi jurisdictionum confictu, & Judicium competentia frequentes contentiones, expeditam causarum terminationem cum Litigantium damno, & Causidicorum incommodo differentes, irrepserint, Ac propterea inter alia, quæ circa eandem Curiam emendanda, reformanda, & rectius ordinanda suscipimus, quantum Nobis ex Alto conceditur hujusmodi absurdum occurrere, ac præfata, Curie, ejusque Judicium, & Tribunalium majori decori, & ordini, sicut iustitie ratio, & publica utilitas postulant, hac nostra speciali Constitutione prospicere volentes, Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, necnon de nonnullorum dilectorum filiorum ejusdem Curie Prælatorum, & Virorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum ipsi præstantium ad hunc effectum de mandato nostro pluries congregatorum consilio, omnia & singula hujusmodi particularia Tribunalia, & speciales Iudices vigore privilegiorum præfatorum in eadem Curia hæcenus constituta, seu constitutos tenore presentium penitus, & omnino supprimimus, abolemus, & abrogamus, & propterea ad viam juris reducimus omnia, & singula indulta, facultates, & privilegia habendi, seu deputandi tam in prima, quam in ulterioribus instantiis omnes prædictos particulares Iudices quocumque nomine nuncupatos, ac etiam Assessores, Congregacionibus etiam S. R. E. Cardinalium, Ecclesiæ, & Basilicis etiam Patriarchalibus, Monasteriis, Abbatibus, Collegiis etiam Nationalibus, sub cura, & administratione Presbyterorum, seu Clericorum Regularium Societatis Jesu existentibus Archiepiscopalis, & Hospitalibus etiam S. Spiritus in Saxia, & Neophitorum Archiconfraternitatibus, Confraternitatibus etiam Annuntiationis B. M. V. Montibus etiam Pietatis, Mulierum Penitentium, Ordinum, Congregationibus, & Institutis etiam Societatis Jesu, Curis, & Iudicibus etiam Burgi, & Arcis S. Angeli, Militis etiam S. Joannis Hierosolymitani, quibuscumque Universitatibus, & Consularibus etiam Artium, Conservatoribus, Domibus Pii, etiam Alme Domus Lauretanae, Capellis etiam ad præsepe Jesu Christi, & Imaginis B. M. V. in Basilica Sanctæ Mariæ Majoris, Altaribus, cæterisque aliis Locis Piiis quocumque pariter nomine nuncupatis, seu Cardinalibus eorum Protectoribus, Archiepiscopis, Abbatibus, Vicariis, aliisque Administratoribus quibuscumque, ac Præfectis etiam Palatii nostri Apostolici, in quibusvis causis civilibus, criminalibus aut mixtis activis, & passivis dictarum Ecclesiarum, Locorum, Piorum, aliorumque ut supra, necnon eorum Officialium, Dignitatum, Canoniarum, Beneficiorum, Assiduorum, Emphyteutarum, Coloniarum, aliorumque quomodolibet interventium iisdem Locis Piiis, illorumque bonis, & tenentis, etiam cum quibusvis facultatibus, & auctoritatibus eligendi Notarios sibi benévolo, ac procedendi summarie, de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura iudicii, manu regia, ac quacumque appellatione, reclamatione, recurfu, revisione, supplicatione, seu restitutione in integrum remotis, seu cum aliis similibus, aut majoribus facultatibus, etiam per Nos, & quocumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestate plenitudine paribus, ac consistorialiter, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & Principum quorumlibet preces, & instantiam, seu eorum contemplatione & intuitu, ac etiam in limine fundationis, seu ex quacumque causa, non tamen verè onerosa, videlicet congruæ, & effectivæ solutionis Cameræ Nostre legitime factæ, & non aliis, vel pro bono publico spiritali, aut temporali, etiam ex causa studii, Catholica Fidei, ac aliis quomodolibet in contrarium presentium concessa, confirmata, & approbata, ac pluries, & quantivcumque vicibus innovata, quibus omnibus, & singulis etiam si per illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importante mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita, & certa forma ad hoc servanda foret illorum omnium & singulorum tenores, formas, causas, & occasionis, & presentibus pro plenè, & insufficienter expressis,

Decis. ad Theat. de Luca. Vol. II.

sis, servatis, & specificatis respectivè habentes, perinde ac si præfata indulta, facultates, & privilegia concessa confirmata, & innovata non fuissent ad effectum presentium specialiter expressis, plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus.

Iisdem pariter modo, forma omnia, & quæcumque Indulta facultates, & privilegia dilecto filio nostro ac pro tempore existenti in Urbe ejusque districtu Vicario in Spiritualibus Generali sub quibusvis formis, decretis, clausulis, aliisque supradictis per quocumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & præsertim per sel. rec. Clementem Papam V. etiam Prædecessorem Nostrum quibusdam suis Prid. Idus Augusti Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo primo expeditis litteris concessa ad statum quo erant ante literas piæ memoriæ Pauli Papæ V. pariter Prædecessoris Nostri Kal. Martii Anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo undecimo super reformatione Tribunalium Urbis editas; & respectivè juxta eandem in judicialibus reducimus.

Liceat tamen Judicibus ut supra suppressis & abrogatis qui vigore privilegiorum ut præfatur processerunt, causas eorum iisdem hæcenus jam instructas, seu alias legitime contestatas prædictis non obstantibus per totum mensem Decembris proximo venturi prout jus fuerit, expedire, itaut eo tempore elapso hujusmodi causæ ad Judices ordinarios & competentes Romanæ Curie in statu, & terminis ipso facto devolvantur.

Quod si hujusmodi causis interim expeditis appellari, reclamari, supplicari, recurri, aut restitutum in integrum peti cõgerit, appellationes hujusmodi, reclamaciones, supplicationes recursum, & restitutionis in integrum petitiones non amplius ad Tribunalia antiquorum privilegiorum five ad Protectores, Archiepiscopos, aliosque ut supra, fed ad Signaturam Iustitiæ, & respectivè ad suos Superiores & ordinarios, prout in cæteris causis per Judices ordinarios expeditis servatur, devolvatur, & devolutæ sint, & esse censentur.

Similiter etiam in casu appellationum, reclamacionum, supplicationum, recursum, ac restitutionis in integrum petitionum, à sententiis, & decretis Judicum per eisdem privilegiatos extra Curiam præfatum deputatorum, seu deputatorum, in posterum interponendarum, eadem appellationes, reclamaciones, supplicationes, recursum, ac restitutionis in integrum petitiones non amplius ad supra nominatos quoscumque dignitates etiam Cardinalitatis sint, qui etiam ratione Episcopatum, Guberniorum, Abbatiarum, Commendarum, aut ex alio quovis titulo, vel privilegio hujusmodi jurisdictionem tunc in committendo, tunc in decedendo vel in iudicando usque ad præsens in Urbe per se, vel per alios exercuerunt, sed ad Judices Ordinarios, & competentes ejusdem Romanæ Curie devolvantur indifferenter & pari modo sicuti in cæteris causis per alios Judices de partibus expeditis servatur, nulla habita ratione privilegiorum, & antiquarum facultatum.

Habentes autem facultatem eligendi in partibus Judicem secundarum instantiarum, teneantur illum ibidem per unicum, & universalem deputacionem ad omnes hujusmodi causas constituere; Et si vel super recusatione, vel super modo procedendi cor. d. Iudice deputato emergat controversia, ad Signaturam Iustitiæ, prout in cæteris causis, & negotiis fieri solet recurratur. In tertio vero, seu ulterioribus instantiis eo modo, quo in causis appellationum à Iudicibus particularibus ad Romanam Curiam legitime devolutarum procedi solet, observetur.

Quoad Consulatus Atium, & Universitates etiam Medicorum, & Mercatorum, sublati omnibus Assessoriis, & abrogata in judicialibus quacumque Consulium, & Universitatum jurisdictione, ita ut eorumdem, & earundem jurisdictione ex nunc etiam quo ad causas instructas, & legitime contestatas penitus & omnino cessare debeat, & cessasse intelligatur, succedant, procedant competentes Judices Ordinarii juxta eorum ordinarias facultates, nulla ut supra habita ratione privilegiorum & antiquarum facultatum inter quos fit locus præventioni, adhibitis, quatenus Iudicibus ipsis opus videatur, iisdem Consulibus solummodo tanquam Peritis in rebus, & negotiis eorum atrem concernentibus. Excipimus tamen, & sub præsentibus nostris Constitutione comprehensos esse volumus cum Consulibus Agriculturn, illorumque Assessorem, tum Notarios Curie Burgi, Mercatorum, & Aromatariorum pro eorum Officii titulo oneroso acquisitis, seu administratis, donec aliter provideatur.

Bb 4 Ad hac



Ad hæc Basilicæ, Collegia Hospitalia, ceteraque memorata Loca pia, quæ ex concessione Apostolica, vel inveterata consuetudine electionem, & usum proprii Notarii in primis & ulterioribus instantiis habebant, in posterum in causis in quibus agatur de vero ac proprio interesse d. Ecclesiarum, & Locorum piorum, non, tenentur ad aliquam solutionem extractis, seu registri, sed Notarii quorumvis Tribunalium debeant in dictis causis, & in qualibet instantia conficere Instrumentum actorum prout iacent, nihilque ab eis ultra quartam partem ejus mercedis, quæ solvenda esset pro extracto, seu registro, pro dicto Instrumento Actorum sub quovis prætextu etiam excessivitate scripturæ, petere vel exigere valeant.

Postremò declaramus, per præsentis nostras literas nullatenus, ademptam esse Cardinalibus Archiepiscopis, Titularibus, seu Protectoribus, eorumque Vicariis, aliisque deputatis facultatem, seu Jurisdictionem in iis, quæ servitium Ecclesiæ, seu Loci pii, circa tamen disciplinam Ecclesiasticam, & morum correctionem dumtaxat concernunt; Minusque sub iisdem præsentibus Tribunalia Camera Apostolica, Legatum Avenionensem, Judicem Fabricæ S. Petri neque ipsas Congregationes insolito libere, seu Elencho congregationum, ac Tribunalium Urbis descriptas comprehendit.

Decernentes eadem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod omnes, vel singuli supradicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet jus vel interesse habent, seu habere prætendentes cujusvis status, gradus, ordinis, præminentie, vel dignitatis, seu alius specificæ, & individua mentione, & expressione digni existant; iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tamen suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, semel, vel pluries quocumque modo debissent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clausa ullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, seu nullitate vito, aut intentione nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu notarii, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ac terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis integritatem, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & effectivas existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque & non aliter per quocumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate, præmentia, aut potestate fungentes, & functiones etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & definiti debere. Irritum quoque, & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsto non tollendo, & pariter quatenus opus sit, recol. me. Pii Papæ IV. similiter Prædecessoris Nostri de gratis quæcumque interesse Camera Apostolicæ concernentibus in dicta Camera intra certum inibi præscriptum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentis in ea præsentari, & registrari nullo unquam tempore, vel modo necesse sit, necnon aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Urbis nostræ, dictarumque Ecclesiarum, omniumque, & singulorum supradictorum quibusvis etiam juramento, vel alia quavis firmitate sub quibuscumque verborum tenoribus, formis, clausulis, decretis, aliisque supradictis in contrarium præmissorum roboratis, seu confirmatis, & innovatis statutis, ac vobis, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, quibus pariter modo, forma, & tenore præmissis, ad effectum præsertim, illis aliis in fuo robore permanentibus, amplissime, ut præsertim, derogamus, cæterique contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostram supressionis, abolitionis, abrogationis, reductionis, derogationum, voluntatis, seu prophanis, mandati, declarationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si

quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo quindécimo Kalendas Octobris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

B. Card. Prodatarius.

I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ❧ plumbi

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate D. Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo Indictione decimaquinta, die verò decimo octava Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. Anno Secundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Petrum Cannamelinum ejusdem Sanctissimi D. Nostri Papæ Curforem.

M. Aurelius Pelliccia Curf. Magister.

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Constitutio super Sportulis Tribunalium, & Judicum Urbis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis providentia nihil relinquit incertum, nihil præterit inordinatum, sed omnia suo Pastoralis commissi officio, quociens opus est, certa lege determinat, ac ne quis fines rebus provide, & accurate præscriptos transgrediar, ordinationes deluper editas innovat, confirmat, declarat, & amplificat, prout rationabiles causas persuadent, & in Domino conspiciat salubriter expedire. Præsertim verò ut lites in hac Alma Urbe, ad quam Christianus Orbis pro justitia jugiter confluxit, moderatis, & minoribus, quibus par est, & fieri potest, expensis agantur, casus in quibus illæ debentur ordinatè præscribit, ac etiam debitas limite congruæ moderationis concludit. Cùm autem inter hujusmodi expensas sportulæ Judicum legatorum connumerentur, earumdem quoque determinationi, & moderationi particulariter prospicit ac determinationem, & moderationem hujusmodi rerum & temporum circumstantiis attentè pensatis, Apostolicæ confirmationis, declarationis, & ampliationis, seu novæ provisionis munimine corroborat.

Aliis liquidem felicis recordationis Pius IV. in suis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, sexto Kal. Januarii super reformatione Causarum Palatii Apostolici Auditoris, alias Rotæ Romanæ, & Paulus V. Romani Pontificis Prædecessoris nostri etiam in suis Anno ejusdem Incarnationis millesimo sexcentesimo undécimo, Kal. Martii super reformatione Tribunalium Urbis præfate sub titulo de Auditorio Rotæ respectivè expensis literis itauerant, & decreverunt eodè verborum tenore qui sequitur. Ut debitas modis sportulis imponatur, non possint Auditores a partibus per se, vel alium quovis modo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere, sed nec à sponte dantibus ultra taxam infra scriptam accipere, videlicet. In Causis pecuniariis, seu prophanis aut que aliis pretio quocumque estimari possint, si æstimatio rei,

de

de qua agetur, non excedat summam mille ducatorum, aureos decem; & mille verò usque ad decem milia viginti quinq; & decem millibus usque ad viginti milia, quinquaginta; Ab inde supra usque ad quancumque summam, centum In beneficiabus verò si redditus annuus, de quo agetur non excedat summam centum ducat. similiter decem; & a centum verò usque ad mille, viginti quinq; & a mille usque ad tria milia, quinquaginta; Ab inde verò supra, centum aureos pro sportulis cujuscumque, & sententiæ diffinitivæ duntaxat, ut præsertim, accipere valeant. Si verò Causa æstimationem non faciliè accipiat, sportulæ moderatè pro rerum & personarum qualitate juxta taxas prædictas recipi possint. Nec aliquid ultra non solum ipsis Auditoribus, sed nec eorū familiaribus, vel consanguineis, aut aliis quibusvis personis directè, vel indirectè quovis quæsto colore, vel ingenio, exceptis efulcentis & poculentis, quæ triduo consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu præstari possint. Quas quidem sportulas juxta taxam prædictam apud Notarium causæ post subscriptam taxationem, & Notario traditam, & non ante, deponi, & Auditori consignari volumus, quodque Notarius depositionem & consignationem hujusmodi in actis notare, & specificare teneatur.

Similiter idem Pius Prædecessor in aliis suis litteris super reformatione Tribunalis Auditoris Causarum Curia Camera Apostol. sub Dat. Anno Incarnat. præfate millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, quarto Nonas Junii infra scriptis verbis, resumpsit in memoratis Pauli prædecessoris literis sub titulo de A. C. & ejus Tribunalis, ita fancivit. In causis ordinariis Auditor prædictus, seu ejus in Civilibus Locumtenens non recipiat sportulas, neque Notarius aliquid pro notat. sententiæ, sed in causis commissariis, & declaratoriis contumacialibus tantum. Et ibi: In causis quæ ordinariè secundum Auditoris facultates in Tribunali introducæ fuerint, vel introductæ potuerint, si ve post ceptam causam superveniat commissio, si ve ante impetrata sit, si ve in prima, si ve in ulteriori instantia, nulla in re augeat impensam, sed quoad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, itaut etiam ratione sententiæ, neque Notarii, neque Judices quicquam propterea accipiant, ultra id quod accipere potuerint, si commissio non adesse. Permittimus tamen ejus in Civilibus Locumtenenti in causis per commissionem ab initio introductis etiam sui natura ordinariis, ob magnam laborum assiduitatem, & emolumentorum tenuitatem sportulas moderatas juxta præsentem Constitutionem recipere. Declarantes nihilominus, in reliquis omnibus causis intelligi ordinariis, nec Notarios quicquam amplius exigere posse, aut debere, quam in aliis ordinariis permittunt.

Idem memoratus Paulus Prædecessor in præfatis ejus litteris super reformatione Tribunalium Urbis ad alias infra scriptas determinationes in materia sportularum devenit, sub titulo scilicet de Capitolio, & ejus Officialibus per hæc verba; Capitaneus appellacionum pro revocatione, seu moderatione quarumcumque inhibitionum sportulas nullo pacto accipiat: Sub titulo verò de Judicibus Criminalibus Urbis, ut infra: Judices Criminales Urbis, seu Locumtenentes, & eorum Substituti, quibus certum à Nobis salariū est constitutum, illo contenti, nihil prorsus aut pecunie, aut alterius cujuscumque rei etiam minime quantitatis à quoquam etiam spontè dante accipiant, neque pro sportulis seu propanis sententiarum, vel pro decretis, absolutionibus aut relaxationibus quibuscumque in quibuscumque causis etiam delegatis, & commissariis, neque quovis alio modo, titulo, vel nomine etiam muneris, vel regaliorum quavis efulcentium vel poculentum, etiam in casibus aliquoquin de jure, vel quacumque Constitutione permittis sui privationis Officii, & inhabilitatis in posterum ad quolibet iudicium manus, & alius nostro & successorum nostrorum arbitrio infligendis penis Camerariis, Thesaurariis & Prefectis Camera, item Hospitalium, Confraternitatum, ac aliorum locorum piorum, seu Collegiorum Rectorum, & aliorum quicumque habentes in Urbe jurisdictionem criminalem, & facultatem Judices deputandi, non deponent in criminalibus causis alios Judices, quam aliquem ex ordinariis sibi benedictum qui nullas debeat recipere sportulas, ut supra sanctiū est: Rursus sub titulo de Judicibus in causis civilibus Mandata de manutenendo in possessio sumariissimo nullus Judicum detur, nisi per viam decreti; non autem cedulæ, nec quicquam sportularum, aut propinæ pro eis etiam à spontè dantibus accipiantur. Deniq; sub titulo de sportulis, seu pro-

panis Nullus Judicum Ordinariorum Urbis, & Romane Curia cujuscumque dignitatis etiam specialis nota dignus causis civilibus ordinariis ratione sportularum, si ve propinarum aliquid prorsus accipiat etiam à spontè dare volentibus. In commissariis autem pariter civilibus, ubi de tumma feutorum viginti quinq; agit, & infra, nihil prorsus: A viginti quinq; usque ad centum inclusive scuta tria: A centum usque ad ducentum scuta sex: A ducentum usque ad quancumque sum. scuta decem & non ultra. Pro quacumque sententiæ declaratoria ob non partitionem monitorii in contumaciam, non ultra julios septem cum dimidio. Pro declaratoria in vim litterarum, aut alias habente vim diffinitivæ, si summa sit certa, accipiant juxta prædictam si verò incerta, sed agatur ad ipsarum litterarum executionem, accipiant juxta causæ & personæ qualitatem, dummodò non ultra quinq; aureos. Pro quacumque interlocutoria si ve decreto ante sententiam diffinitivam nihil omnino. Similiter & pro decreto mandati de manutenendo item decreto moderationis inhibitionis, & multo magis pro decreto taxationis expensarum nihil omnino recipiant. Capitaneus autem appellacionis Curia: Capitolii recipiat sportulas juxta taxam ei constitutam ab Urbis Statutis, non tamen in casibus sub hac Constitutione interdictis. At prædictas sportulas, si ve propinas ut supra taxatas Judicibus non nisi de manibus Notarii causæ, & sententiæ prius ab ipsis subscripta accipere ullo modo liceat; Debeantque propterea Notarii librum habere, in quo id. sportulas, seu propinas potent, cùm pro Judicibus deponentur ubi cum postea lata sententiæ Judici persolvuntur, ipse Judex manu propria notato deposito subscribat, se illam recepisse, quæ sicut supra Judici data, deinceps inter expensas litis taxandas, ac resciscendas omnino ponatur, & victori reficiatur, usi quocumque contrario non obstante.

Postremò recol. mem. Innocentius Papa XI. etiam Prædecessor noster in suis super confirmatione Decretorum Congregat. reformationis Tribunalium Urbis anno præfate Incarnationis millesimo sexcentesimo duagesimo nono, quarto Kalen. Junii expeditis litteris, inter alia Decretum ejusdem Congregat. sub titulo de sportulis, vel propinis, confirmavit & inviolabiliter servari mandavit quibus Decreti tenor sequens est. Cùm inter cætera quæ disponuntur per Constitutionem san. me. Pauli V. super reformatione Tribunalium, illud præsertim enixè præcipitur ut nullus Judicum Ordinariorum Urbis, & Rom. Curia cujuscumque dignitatis, etiam specialis nota dignus in causis civilibus ratione sportularum, seu propinarum aliquid prorsus accipiat etiam à spontè dare volentibus. In commissariis autem pariter civilibus ubi de sum. scuta viginti quinq; agit, & infra, nihil prorsus: A viginti quinq; usque ad centum inclusive scuta tria: à centum usque supra scuta decem & non ultra. Alique verò litigacionum quærelæ ad aures Sanctissimi pervenerint adversus ejusdem Constitutionis in hac parte inobservantiam; Ideo de ejus mandato re maturè, ac pluries examinata, decretum, & declaratum fuit, præfatum Constitut. prohibentem sportulas Judicibus Ordinariis & omnibus Judicibus, qui non sint verè Commissarii, observari debere juxta universalitatem literæ, ac verborum, quacumque limitatione, vel interpretatione si ve argumento, aut contraria consuetudine sublata reiectus. Judices verò Ordinarios esse omnes illos qui sint deputati aliquam universitatem, vel aliquid genus causarum, ad eum Commissarii sunt solum illi qui per commissionem specialem deputati sunt ad certas, & particulares causas, istoque tenori pariter observatæ. Constitutionem, ut summas propinarum per eam taxatas nullatenus excedere auge exigere valeant. Ut autem omnibus ditiandi, vel contra veniendi occasio tollatur, consueti Congregatio exprimere ac recensere, quinam sint Judices ordinarii Urbis & Rom. Curia si que sunt infra scripti alii non exclusivi quatenus ad sint: eis tamen nullatenus præjudicatum censentur quoad illas sportulas, vel propinas, quæ expresse ac literaliter, non autem per argumenta vel illationes & interpretationes, aut per subauditos intellectus eis deferuntur ac tribuuntur. eandem Constitut. Pauli V. si ve per privilegia, & concessiones Apostolicas particulares, non autem per consuetudinem, si que sunt sequentes; cum declaratione quod per descriptionem non censentur status ordo aliquis, nec alicui præjudicatum. D. Cardinalis Camerarius ejusque Auditor & Judices deputati etiam in criminalibus. D. Car-

dina-



finalis Vicarius, ejuſque Vicegerens, & Locumtenentes aliiſque Iudices ab eo deput. DD. Cardinales Archipreſbyterium Baſilicarum Patriarchalium, eorumque Vicarii & Auditores aliiſque deputati DD. Cardinales Titulare in eorum Titulis Urbis, & in ſex Episcopatibus Cardinalitiis, eorumque Vicarii, Auditores, & alii deputati. DD. Cardinales Proteſtores Collegiorum, Monasteriorum, Hoſpitalium, & Locorum Piorum, eorumque Auditores, & alii Iudices, & deputati. D. Vicarius unus, vel plures &c. D. Auditor Cameræ, ejuſque Locumtenentes, & Iudices deputati. D. Senator Urbis ejuſque Collaterales, & Capitaneus Appelationum & alii deputati. D. Theſaurarius Generalis, ejuſque Auditor, aliiſque Iudices ab eo deputati etiam in criminalibus. DD. Præſides, & Præſedi reſpectivè Viarum, Graſciar, Zecchiæ Riparam, Annonæ, Archivi, & Carcerum, eorumque Auditores aliiſque Auditor & Locumtenentes, ac alii deputati tam quoad Palatinos, quam quoad Tutulum, & Arcem Gandulphi, & Villas. D. Commiſſarius Armorum, ejuſque Auditor vel alii deputati. D. Iudex, vel Auditor Conſuetudinum. Iudex Fabricæ S. Petri, Iudex Militum, Iudex Caſtri S. Angeli, Iudex Trirerium, ſeu Claſſis Maritimæ. Aſſeſſores adilitum, ſeu Magiſtrorum Viarum, conſulum Agriculturn, Camerarii Riparam Protomedici & Conſulum Arrium, vel Mercatorum & Dohanerum. Ea declaratione adiecta, quod huiſmodi præſentia in gradu recuſus, ſeu in ſecundis vel aliis inſtantis, quæ præſentis Tribunalibus competere. Omneſque præſatos, & alios Iudicialibus ordinarios ad normam ejuſdem Conſtitutionis adhibere tales atque in præſata prohibitione comprehenſos eſſe, quamvis eis commiſſio ſuperveniat, vel quod eis inſurgatur, ut procedant, de vel cum voto Rotæ, ſive alterius Tribunalis, vel perſonæ, aut quod procedere proſequantur pro executione literarum Apoſtolicarum, ſive in vim cuiuſcumque deputacionis generalis, & quoties non ſit expreſſa, & ſpecialis deputatio ad certas, & particulares cauſas, unde dici valeat veri commiſſarii, ut ſupra, ſalva tamen quoad Audit. Cam. diſpoſitione d. Conſtitutionis Pauli V. in titulo de A. C. §. Permittimus tamen. Atque alias quidquid etiam ſpontè ſolum eſſet, illicitum cenſeri debeat, Ideoque tam Iudices, quam Notarii recipientes incurere cenſentur pœnas inſcriptas per Conſtitutiones Apoſtolicas, neque ita ſolutum veniet ſub condemnatione, & declaratum fuit. Quodque illi Iudices tam ordinarii, quam commiſſarii, quibus per eandem Conſtitut. Pauli V. vel per ſpeciale indulgentiam conceditur, poſſe exigere ſportulas, ut ſupra, non poſſint in tota cauſa exigere niſi unicam propinam juxta taxam ut ſupra, quamvis plures eſſent perſonæ in cauſa, adeo ut ſi victoria ambas, vel plures partes tangat omnes proportionabiliter, & pro rata concurrant ad dictam unicam propinam ſolvendam, neque diviſio ſententiarum, vel punctorum, eorumque reſervatio in hoc quidquam inſurgatur valeat, adeo ut idem Iudex in eadem cauſa unicam tantum propinam percipiat. Hactenus decretum in præſatis Innocentii Prædeceſſoris literis confirmatum.

Cupientes itaque tot litigantium ad Urbem præſatam conſuetudinem indemnitate etiam in hac parte uberius conſulere ac controverſias, & gravamina circa huiſmodi ſportulas, quantum Nobis ab Alto conceditur, dirimere, & arcerere, necnon totius Curie Romanæ decori, & dignitati plenius proſpicere, ut illius Iudices, Cauſidici, & litigantes ipſi, ea quæ à Nobis, & à ſupra dictis Prædeceſſoribus noſtris deſuper ſtatuta, & declarata fuerunt, in unum redacta commodius, & facilius habere, ponderare, & executioni mandare valeant: motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, nec non de nonnullorum dilectorum ſiliorum ejuſdem Romanæ Curie Prælatorum, & Virorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum uſu præſtantium ad hunc effectum de mandato noſtro congregatorum conſilio præſatis Pii, Pauli, & Innocentii Prædeceſſorum literis huiſmodi, in iſis, quæ cum infrascriptis noſtris declarationibus, ſeu deſcriptis compatibilia ſunt, tenore præſen-

tium approbamus, confirmamus, & innovamus illiſque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adijcimus, ac ab omnibus, & ſingulis, quoſque illa concernunt, penitus & ſub inibi contentis per contravenientes incurrendis pœnis, & cum omnibus inibi deſuper decretis, quorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum inferri eſſent, haberi volumus, obſervari ſtatuumus atque decernimus.

Non intendimus tamen per relationem, ſeu enumerationem Judicum, & Tribunalium in præſentis declaratione literarum Pauli, & Innocentii Prædeceſſorum particulis, ut præſertur, confirmatis, quoquomodo, ſeu in aliqua etiam minima parte recedere à ſuppreſſione, abolitione, & abrogatione nonnullorum ex iſdem Judicibus, & Tribunalibus, quas in aliis noſtris Anno Incarnat. præſatæ milleſimo ſexto centeſimo nonageſimo ſecundo, quindeſimo Kal. Octobris expeditis literis ſtatuumus, & ordinavimus, ſed eandem ſuppreſſionem, abolitionem, & abrogationem cum omnibus inibi contentis ſalvas, illatas, intactas, & illibatas remanere, ac in omnibus, & ſingulis earum partibus inviolabiliter, & inconcuſe attendendas, obſervandas, & executiones fore, & eſſe, omnino volumus, & mandamus.

Præterea ad dirimendas quotidianas controverſias, quæ ex litigantium, & præcipue ſuccumbentium impunitate emergere ſolent ſuper interpretatione præſentiarum Pii, Pauli, & Innocentii Prædeceſſorum literarum in taxandis ſportulis, & honorariis Judicum delegatorum, & Tribunalium d. Urbis, in ea præſentium parte, in qua determinatur, quod ubi cauſa aſſertionem non facit accipiat, ſportulæ moderatæ pro rerum, & perſonarum qualitate juxta taxas in iſdem literis conſtitutas, recipi poſſint, Motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtate plenitudine paribus, necnon de ſimili dictorum Prælatorum, & virorum conſilio ad infrascriptas declarationes, ſeu ſanctiones religioſe ſervandas in omnibus cauſis in poſterum expediendis devenire decernimus.

Et primo in cauſis quarumcumque ſervitutum urbanorum & ruſticorum prædiorum, retractatum, ſeu juris congrui taxatio ſportularum fiat ad menſuram ipſius ſervitutis, ſeu juris in litem deducti, illiſque aſſimilato deſumatur tantum ab eo quod ratione d. ſervitutis, aut juris minui, ſeu augeri de jure ſolet de valore rei controverſæ.

Secundò in cauſis adoptionum, arrogationum, legitimacionum, filiationum, & ſimilium ſportulæ regulari debeant à valore rei pariter in judicium deductæ, nempe à valore hæreditatis, ſi petatur hæreditas, à valore alimentorum, ſi petantur alimenta, & ſic de aliis.

Tertiò in cauſis præcedentiarum aliarumque præſentiarum vel jurium inter privatas perſonas tam Eccleſiaſticas, quam Sæculares taxatio ſportularum excedere non poſſit aureos viginti quinque; inter Magnates verò, Collegia, Capitula, Univerſitates & ſimiles aureos quinquaginta, vel centum, inſpecta tamen rerum, & perſonarum qualitate.

Quartò in cauſis juſtopatronatus, ſi ſiſit inter præſentatos, ſportulæ ullum recipient augmentum, etiam ſi Patroni ſint in cauſa adhaerendo, ſeu aſſiſtendo eorum præſentatis; Ubi verò patronus, ſeu patroni inſiſterint apud acta pro canonizatione eorum juris in petitorio, tunc quoties in ſententia ſequatur petita canonizatio, valor ſportularum commenfuret à valore beneficii; Idemque ſervetur in cauſis, in quibus agatur de jure inſtitutionis, eligendi, nominandi ſeu conferendi uſi, aut plura beneficia, vel alio jure ſimili.

Quintò in cauſis alimentorum, penſionum Eccleſiaſticarum, atque in aliis juriſ vidualibus, aſſimilatio ſportularum fiat juxta menſuram text. in l. hereditatis 68. ff. ad l. ſalcid.

Sextò in cauſis, in quibus agatur de jure decimandi, quotizandi, aut perpetuo exigendi aliquam annuam præſtationem, ſive in re ſive in pecunia non excedatur in exigendis ſportulis taxa, ſeu aſſimilatio, quoſque correſponderet capitali ipſius annuæ præſtationis, nulla habita ratione ad annuæ præſtationes, ſeu fructus decurſos lite pendente.

Septimò ubi pendente judicio coram Iudice ordinario ſuperveniret commiſſio, ut ille procedat, de ſeu cum voto Rotæ, ſive alterius Tribunalis, vel Congregationis, tunc idem Iudex ordinarius in prolatione ſententiæ aliquas ſportulas accipere non poſſit; ſi verò fuerit Iudex delegatus, ſportulæ ab ipſo accipiendæ non excedant aureos decem.

Octavò; eandemque menſuram iſtorum decem auri excedere non valeat quilibet Prælatuſ, aut Iudex ordinarius di-

diſtæ Rom. Curie in cauſis verè delegatis, ſeu commiſſariis, etiam ſi fuerit Sacræ Romanæ Eccleſiæ pro tempore Camerarius, in Urbe, ejuſque Diſtrictu Vicarius in Spiritualibus Generalis, præſatæ Urbis Gubernator, Cauſarum Curie Cameræ Apoſt. Generalis Auditor, d. Urbis Senator vel d. Cameræ Theſaurarius Generalis, ſub prætextu quod agatur de re magni valoris, aut quod ita in eorum Tribunalibus paſſim, vel pluries ſervatum fuerit.

Nono hoc idem ſervetur in cauſis commiſſis Congregationi plurium Prælatorum, vel cum, ſeu de ejuſdem, ſive eorumdem voto, nam licet cauſæ ſint de majoribus, non poſſint tamen à ſingulis accipi majores ſportulæ, quam ſecutorum decem auri.

Decimo ſi fuerit inter partes concordatum, aut alio modo reſeſſum à lite, etiam ab altera partium, per viam tamen puræ, & liberæ renuntiationis in qualibet inſtantia, & in quacumque parte judicij ante ſententiam diſſinitivam, non poſſint litigantes ullo modo compelli ad expediendam ſententiam, ſeu ad ſolvendas ſportulas.

Undecimo huiſmodi declarationes reſpectivè ſerventur, tam in Rotâ, quam in Camera, aliſque quibuſcumque Tribunalibus, & Judicibus præſatæ Urbis, quibus ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, aliſque ordinationibus non eſt prohibitum accipere poſſe ſportulas, ſeu propinas.

Duodecimo pro declaratione reformationum, ſeu literarum Pauli, & Innocentii præſatorum utrobique ſub titulo de ſportulis ſeu propinis, volumus, & decernimus, quod nullus Iudex ordinarius Urbis præſatæ in cauſis, & negotiis in quibus agatur de executione, & verificatione decretorum Noſtrarum Congregationum, quidquam proſus accipere valeat ratione ſportularum etiam à ſpontè dare volentibus, neque in cauſis, & negotiis prædictis liceat notariis conſcribere reſcripta ſed omnia tam Judicibus, quam à notariis explentur jure ordinario, prout in cæteris cauſis & negotiis eorum Tribunalium.

Tertiodecimo poſtremo ubicumque in hac ſportularum materia quaſſio aliqua emerſit ſuper interpretatione, declaratione, aut executione præſentium, & præſatarum literarum, ut præſertur confirmatarum, Pii, Pauli, & Innocentii Prædeceſſorum ſtandum eſſe ſancimus judicio, & declarationi d. Gubernatoris Urbis, & duorum digniorum in ordine ſuccedentium ex Congregatione reformationis tribunalium d. Urbis, qui ſi ita videbitur, poſſint etiam vorum ejuſdem totius Congregationis exquirere, omni alio reſcurſu, & appellatione ſublatis.

Decernentes eandem præſentes literas, & in eis reſpectivè contenta quæcumque, etiam ex quo omnes, & ſinguli ſupradicti, ac alii quicumque in præmiſſis quomodolibet jus vel intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes cuiuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præmiſſionis, vel dignitatis, ſeu aliis ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni exiſtant; iſdem præmiſſis non conſentiant, nec ad ea vocati, ſeu auditi fuerint, tamen ſi ſuorum indulgentiarum, vel privilegiorum vigore conſentire, ſeu vocari, & audiri ſemel, vel pluries quoquomodo debuiffent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vicio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſu, alioque quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & ſubſtantiali defectu notarii, impugnari, inſringi, in controverſiam revocari, ad terminos juris reduci ſe ad verſus illas aperiſionis oris reſtitutionem in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel imperari nullatenus poſſe, ſed ſemper & perpetuò validas, firmas, & efficaciæ exiſtere, & fore, ſuſque plenarias, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque & non aliter per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores & didum S. R. E. Camerarium, aliſque Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Cameræ præſatæ Præſidentes Clericos, aliſque officiales, & miniſtros, cæteroque quolibet quocumque auctoritate præmiſſionem, compoſitionem, vel gratiam homicidii, illorumque fautoribus, auxiliatoribus, conſultoribus, vel complicibus, necnon Miniſtrorum juſſu, & interdictis facultate, judicari, & deſiniri debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque auctoritate ſciatur, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus quatenus, opus ſit noſtra, & Cancellaria

ria Apoſtolicæ regula de jure quaſto non tollendo, illiſque omnibus, quæ præſati Pius, Paulus, & Innocentius Prædeceſſores in memoratis eorum literis reſpectivè voluerunt non obſtare, ac præmiſſis circa ea, quæ præſentibus ad verſantur, aliſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſcumque etiam præſatorum Tribunalium decretis, ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque, & indulgiis, & literis Apoſtolicis quibuſcumque ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliſque efficacioribus, efficaciffimis & inſolitè clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam motu, ſcientia, & poteſtate plenitudine ſimilibus, & conſiſtorialiter, alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, ac etiam pluries, & quantumque vicibus confirmatis, innovatis, & approbatis, Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquisita forma de hoc ſervanda foret, tenores huiſmodi ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, vel inſerentur, iſdem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inferri, ſervatis, & ſpecificatis habentes, illiſ alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe pleniffimè, & ampliffimè derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, ceterique contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtræ approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatum, ſtatutorum, decretorum, mandatorum, ſanctionis, & derogationis inſurgere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnat. Dominicæ milleſimo ſexto centeſimo nonageſimo tertio, Pridie Nonas Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

B. Gard. Prodatarius.

I. F. Card. Albanus.

Vifa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco † plumbi

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativ. D. Noſtri JESU Chriſti milleſimo ſexto centeſimo nonageſimo ſecundo Indiſta prima die verò quinta Decembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini INNOCENTII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XII. Anno Tertio, ſupradicta Conſtitutio aſſixa, & publicata fuit ad valvas Eccleſiæ S. Joannis Lateranenſis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Jo. Græcum ejuſdem Sanctiſſimi D. Noſtri PAPÆ Curforem.

Thomas Orlandus Curſ. Magiſter

Ad Ornatum Diſc. XXXI.

Sanctiſſimi Domini Noſtri

INNOCENTII PAPÆ XII.

Confirmatio, extenſio, moderatio reſpectivè, Conſtitutionum Pii II. Sixti IV. Clementis VII. Pii IV. & Pii V. ſuper prohibitione, quocumque remiſſionem, compoſitionem, vel gratiam homicidii, illorumque fautoribus, auxiliatoribus, conſultoribus, vel complicibus, necnon Miniſtrorum juſſu, & interdictis facultate, judicari, & deſiniri debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque auctoritate ſciatur, vel ignoranter contigerit attentari.



INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Vires sanguinum, & dolosus qui in humana sevitia, ita, seu vindicta furor succenti nedum corporibus mortem dare, sed non raro etiam Salvatoris Nostri Jesu Christi pretiosissimo Sanguine redemptis animalibus, si non sint armis spiritualibus, Divina praeveniente gratia, praemunita, zeternam perditionem procurare non perhorrescunt, cum Domino abominantes, Nostrorumque, & Sanctae Sedis etiam in temporalibus immediatè, & mediatè subditorum tranquillitati, & paci, ac eorumdem, & ministrorum justitiae majori securitati, ejusdemque justitiae liberiori exercitio, quantum Nobis ex alto conceditur, contulere cupientes, inter alias Apostolicè sollicitudinis curas, quibus insisterent urgerum, in illam praecipue incumbimus, ut perditos nequitiae filios, quia quorumcumque homicidii, & à Reorum, & Ministrorum justitiae, necnon querelantur, formidare saltem poena, & quidem irremissibilis retrahamus. Cumque ex spe remissionis, compositionis, gratiosae rebanitionis, castigationis processus, seu banni, aut alterius gratiae assequendae delictorum hujusmodi facilitatem, & frequentiam etiam procedere, experientia rerum magistra docuerit, ut hanc quoque detestabilem, & perniciosam spem magis magisque adimamus, & recidamus, ac delicta hujusmodi quantum fieri possit, arceamus, ea quae à Praedecessoribus Nostri Romanis Pontificibus desuper statuta, & provide ordinata fuisse comperimus, ut eo majorem obtineant firmitatem quo legibus fuerint Apostolicè praesidio communita, nostrae confirmationis patrocinio roboramus, & eaque de novo statuimus, seu alias ampliamus, immutamus, & in honorem ejusdem S. R. E. Cardinalium latere Legatorum dignitates respectivè moderamus, prout rationabiles causas persuadent, & in Domino conspicimus salubriter expedire.

Aliàs si quidem felic. record. Pius Papa II. Praedecessor Noster, ad cuius audientiam pervenerat, quod in Terris, locis, & Tenimentis, tunc sibi, & Romanae Ecclesiae mediatae, & immediatè subjectis, quamplurima etiam ex levibus causis commissa esse reperiebantur homicidia, idcirco tunc suos, & Ecclesiae Romanae praedictae mediatae, & immediatè, subjectos pacificos fore, & modestos, ac loca praedicta sicutis, homicidii, & malefactoribus expurgare desiderans, inter caetera statuit, & decrevit, quod omnes illi, qui pro delicto homicidii fuissent condemnati, seu alias de Civitate aliqua, & districtu illius banniti, non possent ad Civitatem, seu districtum hujusmodi quocumque tempore redire, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab haeredibus, vel consanguineis, seu filiis ipsius occisi, nec Legatus etiam de latere, aut Governator, qui pro tempore fuisset, vel quisvis alius, postea auctoritate Apostolica, seu ex officio suae Legationis alicquem homicidam sic ex bannitum rebannire, reducere seu revocare ad Civitatem, seu districtum, aut eorum alterum, seu ejus licentiam, vel saluum conductum concedere redeundi, seu morandi in eis, vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modicum, sive magnum, nec etiam per diem unum, sive noctem. Quod si secus per quemquam ex praedictis factum fuisset, incidere in poenam excommunicationis ipso facto sine ulteriori Sententia declarationis, à qua per alium quam per Summum Pontificem, & tunc facta de hoc speciali expressione, non possent absolvi, ac reductio, licentia, revocatio salvasconductus, & castatio processus, & banni hujusmodi essent ipso jure nulla, nulliusque roboris, & momenti, adjectis aliis poenis, inhabilitationibus, censuris, & decretis, & aliis, prout in ejusdem Pii Anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, quinto Kal. Februarii Pontificatus sui anno quarto expeditis literis plenius continetur.

Et successivè rec. me. Sixtus Papa IV. similiter Praedecessor Noster accepto per eum, quod contenta in literis Pii Praedecessoris hujusmodi à certis temporibus tunc elapsis non fuerant observata, & ex illorum non observantia subditè praedictae Ecclesiae procliviores erant ad homicidia committenda, jamque serè passim homicidia quotidiè perpetra-

bantur, & homicidia praefati idè ad illa committenda prompiores existerent, qua sperabant latere, & suorum excessuum remissionem consequi facile posse, ac detestabilem, & horrendam talium Siciarum nequitiam ad aliorum cautelam opportunis juris remediis prosequi studio cupiens indefesso, habita super his cum Fratribus suis praedictae Ecclesiae Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio per suas Anno Incarnat. Dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto Kal. Aprilis Pontificatus sui Anno Nono expeditas literas, Statuta, & Decreta Pii Praedecessoris hujusmodi, & prout illa concernebant omnia, & singula in dd. literis ejusdem Pii Praedecessoris contenta, Apostolica auctoritate approbavit, & robar perpetuae firmitatis obtinere debere decrevit, ac voluit, & praefata auctoritate de eorumdem Fratrum consilio statuit, & ordinavit, quod condemnati catenus, & quos in posterum condemnari contigisset ubilibet in Civitatibus, Terris, & locis Romanae Ecclesiae mediatae, & immediatè subjectis pro homicidio, sive ut principales, sive ut consilium, auxilium, & favorem praestantes, suorum condemnationum remissionem, contra illas factum conductum, & licentiam securè in loco patri criminosi, vel ei infra quinquaginta miliaria uti referatur, propinquo, nullatenus obtinere possent ab alio quam à Romano Pontifice: qui pro tempore esset, & alienius alterius etiam Legati de Latere remissio nemini suffragaretur. Et si forsitan contingeret, eundem Romanum Pontificem ad remissionem, seu saluum conductum hujusmodi procedere, talis remissio per praecipuam operationem processisse conferretur, & nemini prodesset, nisi in illa verè eorumdem literarum Sixti Praedecessoris hujusmodi tenor de verbo ad verbum non autem per clausulas idem importantes, insertus foret, ac specifica, & determinata causa exprimeretur, quae eundem Romanum Pontificem induceret ad derogandum iisdem literis Sixti Praedecessoris, quae cum tam matura deliberatione ab eodem Sixto Praedecessore emanaverat.

Deinde Piz me. Clemens Papa VII. etiam Praedecessor Noster facti notorietate edoctus, plures Urbis, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Tenimentorum, partium, & locorum tunc sibi, & d. Romanae Ecclesiae mediatae, & immediatè subjectorum contra eorumdem, & aliorum Praedecessorum literas elata servive deventi, ac censuras, & poenas in illis contentas servare reprobo parvipendere non vereri, acceleratorum insolentis salubriter reprimendis intendens, & criminorum temeritatem ultrice justitiae cohibere, ne literae praedictae, quae provida deliberatione ab ipsis Praedecessoribus emanaverant, contemptibiles redderentur, sed excessuum perpetratores animadversione punirentur, opportunos remediis providere volens, inter caetera Motu proprio singulari praefatorum, & aliorum Praedecessorum inibi relatas literas cum omnibus, & singulis in eis contentis pari auctoritate approbavit, & innovavit, & per singulos, quos literae ipsae concernebant sub censuris, & poenis in eis contentis, contravenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inviolabiliter observari decrevit; illaque etiam ad hoc, ut homicidia, sicarii, exititii, criminosi, rebelles, alique infames propter homicidia, & alia nefanda per eos perpetrata excessus, crimina, & delicta in Civitatibus, Terris, Castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur, banniti, & condemnati, etiam habita pace ab haeredibus, filiis, seu consanguineis occisorum, aut partium lazarum non solum à locis circumvicinis usque ad quinquaginta miliaria, sed etiam ab omnibus, & singulis Civitatibus, Terris, Castris, locis, & partibus tunc sibi, & districtu Romanae Ecclesiae quomodolibet mediatae, vel immediatè subjectis, banniti, & exules essent, & esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo, etiam praetextu cuiusvis licentiae, salvi conductus, remissionis, reductionis, revocationis, vel alterius gratiae per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentae, moram trahere possent, & si in eis rescidissent vel reperi fuissent, capi, detineri, & incarcerari ac juxta criminum, & excessuum suorum perpetratorum qualitatem, & literarum Pii Praedecessoris hujusmodi tenorem, sub poenis in iisdem literis contentis, per Officiales Civitatis, Terrae, Castris, vel loci, in qua, vel in qua comprehensi fuissent, debitis poenis plecti seu inde educi, & ad forum, seu Officiales, ad quos consuetudine pertinebat, remitti deberent, extendit, & ampliat. Et nihilominus omnia, & singula, prout per Pium, Sixtum, & alios Praedecessores

fores praedictos statuta, ordinata, inhibita, & declarata fuerant, ita ut Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Cives, Officiales, & personae, ac alii, quos ipsius Clementis, & aliorum Praedecessorum praefatorum literae concernerent, ac ipsorum singuli literas, & in eis contenta hujusmodi non observantes, & illis quomodolibet directè vel indirectè contravenientes, & eis adhaerentes, eorumque fautores, & complices, singulas censuras, & Poenas praedictas eo ipso absque alia declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur de novo. Et ne facilitas veniae incitium preberet delinquendi quibusvis d. Sedis Legatis etiam de latere, ac Nuntiis, & Provinciarum Recloribus, necnon tunc suis, & d. Rom. Ecclesiae Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & praefatis Communitatibus omnem super abolitionibus homicidiorum hujusmodi per eundem Clementem, ejusque Praedecessores Romanos Pontifices, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum expressione concessam approbatam, & innovatam auctoritatem, & facultatem revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit, & si quando similes absolutiones per eundem Clementem, ejusque successores Romanos Pontifices, ad sedem praefatam concedi contigisset, illas per Judices, & officiales, ad quos pertinerent, nisi trinus literae Apostolicae sub intervallo unius mensis pro singulis literis hujusmodi cum expressa derogatione eorumdem ipsius Clementis Praedecessor. literarum desuper emanasset, nullatenus admitti, vel observari voluit, & aliis prout in ejusdem Clementis literis Anno Incar. Dominicae 1594. Prid. Id. Junii, Pontificatus sui An. Primo desuper expeditis uberius continetur.

Postmodum ejusdem. Pius Papa IV. pariter Praedecessor noster habita super his cum Fratribus suis S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum unanimi consilio, & assensu, iisdem modis, & forma praedictis quibus idem Clemens Praedecessor literas suorum Praedecessorum confirmaverat, & extendit, ipse pariter literas memoratas ejusdem. Clementis, & aliorum Praedecessorum eum ead. expressione, & extensione, & cum simili, ut praefatur, revocatione, castigatione, irritatione, & annullatione omnis auctoritatis, & facultatis d. Sedis Legatis etiam de latere, alisque praedictis super abolitionibus homicidiorum hujusmodi per eundem Pium Papam IV. ejusque Praedecessores Romanos Pontifices, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum expressione concessae, approbatae, & innovatae, necnon cum eadem, ut praefatur, voluntate, seu decreto, si & quando similes absolutiones per eundem Pium IV. ejusque Successores, & Sedem praedictam concedi contigisset, per quasdam Anno Incar. Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo primo, octavo Idus Januarii Pontificatus sui Anno Secundo expeditis literas approbavit, & innovavit.

Cumque idem Pius Praedecessor accepisset, nonnullos ex Governatoribus, & Officialibus, per eum in diversis Civitatibus, Terris, & locis Status Ecclesiae constitutis, & deputatis forsitan suae voluntatis ignaros, aut alias praetendere posnari remissionem inquisitis, bannitis, & condemnatis super homicidiis per eos pro tempore perpetratis per eos remitti, gratiamque fieri, & exinde ab eis compositionem exigi possent, Idcirco ad tollendum dubium, quod exinde exoriri potuisset, & ne Governatores, & Officiales praedicti, ac quicumque alii ignorantiae ejusdem suae voluntatis, aut quovis dictatum suarum literarum tenores, ac si de verbo ad verbum insertae fuissent, per expressis habens, decrevit, & declaravit, gratias, seu remissiones, aut compositiones, quibusvis inquisitis, condemnatis, aut bannitis, ex causa, vel occasione homicidii animo deliberato, vel casu fortuito, aut in rixa, vel alio quovismodo pro tempore perpetrati, pro quo poena ordinaria, vel extraordinaria imposita, vel imposita fuisset, per quoscumque in Civitatibus, Terris, & locis praedictis Sedis Apostolicae Legatos, Vicelegatos, Governatores, vel alios Officiales deputatos, & deputandos, fieri in posterum nullatenus posse, & illas tantum compositiones, & gratias cum inquisitis, condemnatis, & bannitis hujusmodi, ut supra, ab inde faciendas valere, illisque suffragari, qui habuissent supplicationes desuper sua manu signatas, & per Datarium pro tempore existentem datas, prout in Cedula Motus ejus proprii, sub Dat. sexto Kal. Maii Anno Pontificatus ipsius quinto, continetur.

Posthaec sim. mem. Pius Papa V. habita super his cum Venerabilibus Fratribus suis ejusdem. S. R. E. Cardinalibus, de

liberatione matura, ac de illorum unanimi consilio, & assensu, inter caetera ibidem per ipsum decreta, & sancita, singulas praedictorum Pii II. Sixti, Clementis, & Pii IV. & aliorum Praedecessorum literas, cum omnibus, & singulis in eis respectivè contentis, Apostolica auctoritate approbavit, confirmavit, & innovavit, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adiecit, ac ab omnibus, & singulis, quos illae concernebant poenis, ac sub ibi relatis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis poenis, observari voluit, & decrevit, & aliis prout in ipsis Pii V. Praedecessoris desuper Anno Incarnat. Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Tertio Nonas Julii Pontificatus sui Anno Primo emanatis literis, quarum, & praefatarum eorumdem Pii II. Sixti, Clementis, & Pii IV. Praedecessorum literarum, & Cedulae tenores praesentibus cum plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Nunc verò Nos nequitiis hujusmodi salubriter reprimendis, de criminoforum in valeat praesumptio, illorumque perveritas quoquomodo remaneat impunita, quin ultrice justitiae perpetuo retundatur, sedulo intendentes, ac in simul quieti, & tranquillitati praefatorum nostrorum, & ejusdem Sedis in Temporalibus subditorum, necnon majori justitiae Officialium securitati, ac ejusdem justitiae liberiori exercitio providere volentes, Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, singulas eorumdem. Pii II. Sixti, Clementis, Pii IV. & Pii V. Praedecessor. literas hujusmodi, cum omnibus, & singulis, quae praemissa & infra scripta concernunt, & concernere possunt, tenore praesentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adiecit, ac ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt, poenis, & sub ibi contentis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis poenis, & censuris, & cum omnibus inibi decretis, & sancitis observari volumus, atque decernimus, firmis & in suo robore, & statu remanentibus caeteris in iisdem literis, statutis sancitis, & decretis.

Et nihilominus haec tenore inquisitis, processibus, condemnatis aut bannitis sive uti principales sive uti mandantes vel mandatarios sive uti complices aut auxilium, vel consilium vel favorem praestantes ex causa vel occasione homicidii pro quo poena ordinaria vel extraordinaria imposita fuerit vel erit, seu imponenda foret, & quos quibuscumque futuris temporibus similiter inquiri, processari, condemnari, seu banniri contigerit ubilibet in quibuscumque Civitatibus, Terris, & locis Nobis, & S. Sedis mediatae, & immediatè subjectis, comprehensis etiam quatuor Legationibus & Civitatibus Bonon. Ferrarien. Beneventana, alisque etiam speciales, & individuas expressionem, & nominationem requirentibus nullo unquam tempore, vel modo ex aliqua gratia seu compositione, vel per viam castigationis processus remitti seu quoquomodo gratiosè rebanniri, habitari, sive dispensari, minisque illis alicquem saluum conductum praeterquam pro verò reali, & necessario servitio justitiae, & tunc pro eo dumtaxat tempore quod hujusmodi servitio coguat, concedi per quoscumque locorum, & Civitatum Governatores, & justitiae Officiales Provinciarum Rectores, dict. Romanae Ecclesiae in temporalibus Vicarios, & quoscumque alios quantumvis speciales, & individua nota dignos ac etiam ipsos de latere Legatos, salva tamen quoad eisdem Legatos infra scripta distinctione, seu moderatione, etiam pace ab haeredibus, vel consanguineis, aut filiis occisi habita sine nostro, & Romanorum Pontificum pro tempore existentium speciali mandato, omnino prohibemus. Ita tamen, ut pro hujusmodi mandato certa, seu praecisa forma non requiratur, prout in superius relatis literis, quibus in hac parte opportunè derogamus, & derogatum esse volumus, cavebatur, sed quocumque legitimo modo illud apparere, seu probari sufficiat.

Ad haec omnes, & quaslibet facultates quibuscumque locorum, & Civitatum Governatoribus, justitiae Officialibus, Provinciarum Recloribus, d. Romanae Ecclesiae Vicariis in temporalibus, & quibuscumque aliis quantumvis specialibus, & individua nota dignis, ac etiam ipsis de latere Legatis, salva tamen quoad eisdem Legatos infra scripta distinctione, seu moderatione, super hujusmodi gratiarum, compositionum, castigationum processuum, remissionum, habilitationum, dispensationum, & salvorum conductuum concessione, etiam per Nos, & Praedecessores Nostros, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum amplitudine



concessas, innovatas, & approbatas, omnino revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, cassatis, irritis, & nullis ac si concessae non fuissent, haberi volumus, & decernimus, & quascumque facultates, si quas imposterum concedi contigerit, servata hujus nostrae Constitutionis forma, intelligi, & observari debere omnino volumus, & mandamus.

Verum quia in rebus Praedecessorum Nostrorum literis ceteris omnibus Officialibus, & personis praefatis aequae, ac ipsis de latere Legatis hujusmodi gratiae, & actus iudiciali prohibentur, omninoque facultates pariter revocantur, si de homicidiis animo deliberato, si de casu fortuito, vel in rixa, vel alio quovismodo patris agatur Nos eximiam Legatorum de latere S. R. E. Cardinalium dignitatem praeculis habentes, eosque facultatibus ea qua decet circumspectione, utrosque esse sperantes, praefatas Constitutiones quoad praesentes, & pro tempore existentes de latere Legatos ejusdem R. E. Cardinales locum habere decernimus pro homicidiis, animo dolo, & praemediato commissis, iisdemque de latere Legatis, ut tibi concessis, seu concedendis facultatibus, quae Nos juxta praescriptum in iisdem praesentibus formam etiam harum serie oportune concedimus, quoad gratias, & actus praedictos uti possint, & valeant, quotiescumque de homicidiis casu fortuito, vel in rixa, seu alias similiter sine dolo, & praemediatione commissis agi contigerit, iisdemque Constitutionibus in hac parte amplissime derogamus, & oportune derogatum esse volumus, & mandamus, firmis tamen, & in suo robore quoad quoscumque alios remanentibus omnibus, & singulis, quae in praefatis & praesentibus nostris Constitutionibus, quoad omnia homicidia etiam in rixa, vel alias commissa, statuuntur, & decernuntur.

Volentes praeterea delinquentibus, eorumque factoribus occasione tum homicidiorum, tum aliorum delictorum anam eo magis amputare, ne Curiae, & Fiscus eisdem inquirendi, & processandi, condemnandi, bannendi, & quoscumque iustitiae actus explendi impedimentum praebant, & de converso Nuntios, Birrarios, Notarios, Promotores, seu Procuratores Fideles, Judices caeteroque iustitiae officiales, & ministros ad eorum operam attentius navandam, ac querentes ad opera iustitiae tutius implorandam, & testes ad veritatem liberius proplandam, spe, & praesidio majoris securitatis excitare, praefatas, & praesentem nostram Constitutio, si extendimus, & respectivae locum habere mandamus, ut omnes, & quicumque in poenam ultimi supplicii, vel ad tricesimas perpetuo condemnati ex causa praetatorum iustitiae ministrorum, & officialium, seu partis querelantis, vel testium offensivis, a nemine ex praedictis Gubernatoribus, Officialibus, Rectoribus, Vicariis in temporalibus, & quibuscumque aliis specialibus, & individua nota dignis, & nec ab ipsis sine de latere Legatis S. R. E. Cardinalibus remitti, seu ullam ex gratiis & actibus superius expressis, minusque aliquem salvum conductum, praeterquam pro vero, reali, & necessario servitio iustitiae, & tunc pro eo dumtaxat tempore, quod hujusmodi servitio congruat, sine expresso, ut praesertur nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis mandato, obtinere ullatenus possint, & valeant, omnesque, & quascumque facultates quoquomodo concessas, quae praesentibus adveniantur penitus, & omnino ut praesertur, revocamus, & annullamus, istoque casu, & ad hunc effectum, ut iudicis ad transmittendam inquisitionem sufficientibus ex processu resultantibus, iudices ad quos spectat, servatis solitis terminis ad condemnationem delinquentium hujusmodi expedite procedere teneantur, omnino volumus, & decernimus.

Mandantes hujusmodi nostram Constitutionem, ac omnia, & singula in eis contenta per quoscumque etiam specialium nota dignos in violabiliter observari sub omnibus censuris, & penis, quae in superius relictis Praedecessorum nostrorum literis imponuntur, & continentur, si quae non aliter in praesentibus per quoscumque iudices tam ordinarios, quam delegatos quavis auctoritate fungentes etiam S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & definiere, irritum quoque, & inane, quidquid secus super omnibus, & singulis praemissis, vel circa ea quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis, & aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, quibuscumque consuetudinibus ac omnibus, & singulis illis quae de Praedecessores in Praefatis

eorum literis voluerunt non obstat, aut si aliquibus communitur vel divisi ab eadem sit Sede indulget, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibuscumque aliis privilegiis, facultatibus, indulgetis, & literis Apostolicis etiam motu proprio sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, & aliis quomodolibet per Praedecessores nostros Rom. Pontifices, ac etiam Nos concessis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam ipsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia, expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem praesentibus pro plenae, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum praesentium, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie derogamus, caeterisque, contrariis quibuscumque.

Volumus autem quod lapsis viginti diebus, postquam praesentes Valvis Ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum, & in Aetate Campi Florae de Urbe per aliquem ex nostris Curatoribus affixae, & publicatae fuerint omnes, & singulos tam in Urbe, quam in Statu praefatis existentes perinde obligent, & ardeant, ac si univocis eorum personarum, & nominatim intimatae fuissent; Quodque earum transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae esse debet praesentibus, si exhibitis, vel ostentatis fuissent adhiberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatis, decreti, prohibitionis, derogationis, revocationis, cassationis, irritationis, annulationis, mendacii, concessionis, & extensionis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beati Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incerturum. Dat. Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae 1692. 7. Idus Maii Pontificatus nostri Anno Primo.

B. Card. Prodatarius. I. F. Card. Albanus. V. Card. S. Carpantensis. D. Ciampinus. Loco s. plumbi Registrata in Secretaria Brevium.

Ad Ornatum Dic. XXVIII.

Sequentes Constitutiones, & facultates concessae in san. mem. Clementis VIII. ac Urbano VIII. Congregationi Baronum, hic adiungimus.

Sanctae Memoriae Clementis Papae Octavi. Deputatio Ill. & Rev. D.D. Bartholomaei S. Mariae in Porticu Diaconi Card. Cessu nuncupati, & aliorum super executione mandatorum, ad instantiam creditorum, ex quavis occasione, vel causa, omnium, & singulorum Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, aliorumque Baronum, & Domicellorum quoruncumque S. R. E. subditorum in urbe ejusque districtu, necnon toto statu Ecclesiastico, existentium, contra eos, seu illorum bona, & quibusvis iudicibus relaxatorum, cum libera & ampla facultate, universas illorum civitates, Terras, Castra, & alia loca, & bona stabilia pro satisfactione dictorum creditorum, substatandi & vendendi.

CLEMENS EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Iustitiae ratio, & publice fidei causa postulat, ut eorum, qui pecunias nostras, & S. R. E. subditis crediderunt, seu quibus aliquid ab eisdem, quavis occasione, vel causa debetur, indelanitate pro munere nostro oportuno remedio consulamus. Cum igitur multorum quorundam jamdudum ad nos perlatum sit, & quo-

& quotidianis expostulationibus perferatur, nonnullos Barones, & Domicellos nostros, & S. R. E. subditos tam in Urbe, ejusque districtu, quam in universo statu nostro Ecclesiastico existentibus, contra quos variis de causis ere alieno nullam prorsus inire rationem illud dissolvendi, imo nec annuas fructuum praestationes idcirco debitas, maximo creditorum incommodo persolvere ipsosque adeo creditores, dum eorum credita a d. Baronibus, & Domicellis exigere conantur magnos sumptus facere, & variis litibus implicari, & nihilominus credita ipsa nullo modo consequi posse: huiusmodi etiam, qui pro eisdem Baronibus, & Domicellis sese, & bona sua quoquomodo obligarunt, ab eorum obligationibus minime posse liberari, praeterea licet alias ad eorumdem Baronum, & Domicellorum res aliquo pacto subvendandas, a nonnullis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris ac etiam forsitan a nobis ex specialibus gratia concessa fuerit facultas, quosdam pecuniarum montes super eorum civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, & aliis bonis stabilibus, ad diversas summas accentes, erigendi cum obligationibus etiam per ipsos Barones facta, fructus hoc nomine singulis annis conventos solvendi, ac certis modo, & forma, Montes erectos intra prescriptum tempus extinguendi; eos tamen, qui pecunias in dictis montibus posuerunt haecenus annuus fructuum praestationes a nonnullis ex dictis hinc posse, ac propterea aliquos etiam Barones, & Domicellos eisdem montes vel eorum partem juxta eorum obligationem, statuto tempore non extinxisse nec forsitan ulterius de illorum ex tunc cogitare quo sit, ut iidem creditores sub hinc publica haecenus magno detrimentum affecti fuerint, & in dies magis, ac magis afficiantur. Nos hinc malis pro officio nostro munere occurrere, & debite suppliciter, creditorum (inter quos plerique pauperes, complures etiam pupilli, & viduae sunt) satisfactioni expedite aliqua ratione providere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, dilectum filium nostrum Bartholomaeum S. Mariae in Porticu Diaconum Cardinalem Caesum nuncupatum, necnon dilectos filios Tiberium Cerasium Camerae Apostolicae Clericum, Paulum Coperchium sicuti, & d. Camerae Advocatum, Paulum Zenilium Zachiam ejusdem Camerae Commissarii Generalem, ac Rodolphum Bononiam Senatorem Bononiensem ad infra scripta omnia, & singula faciendae, Apostolica auctoritate tenore praesentium constitutum, assumimus, & deputamus, ac eisdem liberam, amplam, & plenam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartitur, ut conjunctim omnes, seu saltem idem Bartholomaeum Cardinalem, & major ipsorum pars, omnibus, & singulis tam instrumentariis, siue hypothecariis, quam chirographariis, ac etiam legatariis, & ratione mercedis, cibariorum, & vestiarum, seu aliis quovismodo privilegiatis, vel mercium, siue aliarum rerum occasione, aut etiam ex causa fideiussionum pro eisdem Baronibus, seu Domicellis, aut pro qualibet summa, & quantitate quoruncumque Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum, aliorumque Baronum, & Domicellorum nostrorum, & S. R. E. subditorum in urbe, ejusque districtu, & in universo statu nostro Ecclesiastico existentium cujuscumque status, gradus, conditionis, & ordinis fuerint, etiam dignitate quocumque Ecclesiastico, etiam Cardinalatus honore praesulgeant, aut ipsorum parentum, seu antecessorum, vel auctorum quoruncumque creditoribus, etiam eorum Vassallis, & subditi, aut alii quicumque fuerint, qui de ipsorum creditis ex quavis causa, & ad quancumque summam, ut praesertur accedentibus per mandata executiva a quibusvis iudicibus Urbis, aut alterius loci status praedicti decreta, & relaxata docuerint, ipsaque mandata exhibuerint quamprimum absque ulla dilacione, non obstantibus quibuscumque inhibitionibus, dilacionibus, superfloribus in forma non gravetur, aut alia quomodolibet ab iisdem, vel aliis iudicibus, aut etiam forsitan a nobis, si ve de ordine, ac mandato nostro emanatis, & emanandis, quas omnes, & singulas ex nunc auctoritate praesentium revocamus, annullamus, & irritamus, infra scriptis modis, & formis caveant, mandent, & cum effectu faciant, videlicet praedictor. Deputatorum Congregatio, exhibitis mandatis praedictis absque alia citatione, & tela judiciali, & sine ulla causa cognitione super veritate crediti, vel discussione iustitiae, aut nullitatis mandatorum relaxatorum tamquam meri & puri executores, & propria auctoritate, & mandato, & sine vitio spoli, attentatorum, aut nullitatis omnium, & qua-

rumcumque Civitatum, Terrarum, Castrorum, Casalium, palatiorum, & aliorum bonorum immobilium, tam in urbe, ejusque districtu, quam alibi ubicumque in nostro statu Ecclesiastico existentium ad ipsos Principes, Duces, Marchiones, Comites, vel Barones, aut Domicellos quoscumque contra quos, vel eorum auctores, & penitentes, & quovis antecessores, seu hereditaria eorum bona quancumque mandata hujusmodi, & quavis causa ut supra dictum est, relaxata fuerint, vel eorum partem arbitrio ipsius Congregationis, pertinentium, & per eos quocumque titulo habitorum, & quovis modo tenentium & possessorum, realem, actualem, & corporalem possessionem nomine Camerae Apostolicae capi, & retineri ad commodum tamen, & utilitatem eorumdem creditorum per mensum dumtaxat immediatam sequentem a die captae possessionis, a qua die omnis ipsorum Principum, Ducum, Marchionum, Baronum, seu Domicellorum, aliorum praedictorum iurisdictionis, & illius exercitium, atque administratio penitus cesset, & cessare debeat ita, quod ipsi non possint per se, vel alios in Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, Palatiis, & aliis locis, & bonis praedictis sese ingerere, aut aliquo pacto intrinsece, sed illorum iurisdictionis, & administratio penes dictam Congregationem, seu personas ab ea deputandas remaneat, omnino curent, & re ipsa praesent, quo mense elapso, Civitates, Terras, Castra, Casalia, Palatia, & alia bona hujusmodi substatanda proponant & plus offerenti, omnia penitus omnia alia solemnitate, & sine solita etiam substatatione, & deliberatione per manus Curatorum, seu alias fieri consueta, & absque aliarum expensis, praevia dumtaxat unius edicti per dies quindecim in locis publicis, affixione ad deliberationem plus offerenti cum cedula bancaria idonei Mercatoris, servata tamen quoad personas, quae Civitates, Terras, Castra, & alia bona hujusmodi emere voluerint, forma constitutionis felicis recordationis Sixti Papae V. Praedecessoris nostri super prohibitione alienandi Castra, & alia bona stabilia in Statu Ecclesiastico existentia, sine Sedis Apostolicae licentia, aliis personis, quam Vassallis ejusdem Status deveniant, illaque, & illa deliberent, & vendant, ac instrumentum, & instrumentum quancumque, & alia desuper necessaria, & opportuna obliganda, etiam personas Principum, Ducum, Marchionum, Baronum, & Domicellorum praedictorum, & bona eorum pro evicione, etiam in forma ejusdem Camerae Apostolicae celebrent, & celebrari faciant, ac pretium inde redigendum in satisfactionem dictorum creditorum, juxta eorum anterioritatem, & posterioritatem recepta prius ab eis iurium cessione ad favorem emptoris, si eisdem Congregationi visum fuerit, praesentia etiam ab ipsis idonea cautione, seu facta obligatione de eodem pretio refutendo prioribus, & posterioribus ad omne mandatum sui iudicis consentient, & consignari faciant; inter oblatores autem, Camerae Apostolicae, seu ejus Commissarii, si offerre voluerit, ad offerendum admittant, sed si intra dictos quindecim dies nullus oblator reperitur, tunc Congregatio praedicta, Civitates, Terras, Castra, & alia bona praedicta, eidem Camerae nostrae Apostolicae adjudicet, & deliberet, ac vendat, & ipsa Camera nostra Apostolica, praevia aestimatione per unum vel plures aestimatores ab ipsa Congregatione deputandos pro illo pretio, quod aestimatum fuerit illas, & illa pro se accipere debeat, & de d. pretio omnino supra dictis eorum creditoribus satisfaciere teneatur. Declaramus autem si inter dictos creditores rependantur aliqui, qui occasione quorundam tenentium, quam Centium intuitu, & contemplatione ipsorum Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & Domicellorum, vel eorum auctorum, & praedecessorum eorum, & impostorum respectivae creditorum fuerint, & quibus de fructibus idcirco debitas haecenus integre factis sum non erit, vel in futurum non satisfiet in praemissis cum servari debere modum, & ordinem, ut capta summaria informatione etiam extrajudiciali per d. Congregationem de lapsu temporis, & satisfactione non sequata, absque ulla, ut dictum est, causa cognitione, ad substatationem, deliberationem, venditionem, & adjudicationem supra dictarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & bonorum, pretio, ut supra aestimando modo, & forma praedictis, & ulterius ad extinctionem dictorum Centium, & centium, ac satisfactionem dictorum fructuum usque ad diem d. extinctionis decursum, ipsa Congregatio omnino deveniat, idemque